

E. e					LXXVIII
147. 148 =	816 —	834.	835 —	853	
99. 100 =	854 —	872.	873 —	892	
145. 146 =	893 —	907.	907 —	919	
159. 160 =	919 —	934.	935 —	944	
109. 110 =	945 —	958.	959 —	975	
157. 158 =	976 —	993.	994 —	1012	
F. f*)					

395. 396 =	1049 —	1065.	1066 —	1084	LXXVIII
G. g**) )					
393. 394 =	1120 —	1132.	1133 —	1150	
405. 406 =	1151 —	1166.	1167 —	1184	
419. 420 =	1184 —	1200.	1201 —	1220	
399. 400 =	1221 —	1239.	1240 —	1256	
H. h					
397. 398 =	1282 —	1295.	1296 —	1312	

fuisse, aut quem delevimus post v. 543, aut illorum unus qui susceptis glossematis e singulis in binos creverunt v. 502 sq. et 523' Ritschelius.

\*) 'Rursum paginas F. f non complent, qui inter v. 1012 et 1049 in ceteris libris habentur senarii XXXIII cum unius scaenae inscriptione. Vnde grave pondus eis rationibus accedit quibus, ut in tribus locis lacunam signarem singulorum versuum, 1023, 1036 et 1047 sq., motus sum . . . . Quod autem in paginis F. f ita calculos subduxii, ut unius tantum scaenarum interstitii rationem haberem, tametsi inter v. 1012 et 1049 duarum vulgo scaenarum initia fiunt, non inconsulto feci. Etenim quam ego describendarum scaenarum sequi rationem soleo, breviter eam significatam Musei nostri philol. t. IV p. 608 sqq. <= Op. vol. II p. 366 sqq. >: ut, ubi nova persona non prodeat, sed e pluribus una sola restet, non fiat nova scaena, sed eadem continuetur: eam rationem luculentis in hac ipsa fabula documentis firmat Ambrosiani codicis auctoritas. Qui quemadmodum sine uno intervallo superioribus continuat versus 230, 667, 1063, 1239, a quibus novas scaenas ordiri editores consueverunt, ita eundem prorsus credibile est continuasse v. 1016. 1017' Ritschelius. Ipse cum Spengelio Palatinos libros sequi malui.

\*\*) 'Paginam . . . g cum prima pars cantici illius occuparit, quo actus IV. scaena septima continetur vulgo, non mediocrem commendationem metrorum discriptio nostra hinc accipit quod, quos nos XVII versus posuimus 1103—1119, hi adiecta personarum inscriptione iustum XIX versum numerum examussim aequant' Ritschelius: ipse tamen huic rei minus tribuendum puto.